



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Vita B. Iohannis Syri Confessoris, ab Adone Episcopo scripta, in eius  
Martyrologio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

isti datum est, conscius fieri atque participem  
 caelestium sacramentorum; Ille frumenta serua-  
 uit non sibi, sed omni populo: Iste panem viuum  
 è caelo seruandum accepit tam sibi, quam toti  
 mundo. Non est dubium, quin bonus & fidelis  
 homo fuerit iste Ioseph, cui mater desponsata est  
 Saluatoris. Fidelis inquam seruus & prudens,  
 quem constituit Dominus matris suae Iolatum,  
 suae carnis nutrimum, solum denique in terris  
 magni consilij coadiutorem fidelissimum. Huc  
 accedit, quod dicitur fuisse de domo Dauid gene-  
 re nobilis, mente nobilior. Planè filius Dauid,  
 non degenerans à Patre suo Dauid, non carne tan-  
 tum, sed & fide, sanctitate, & deuotione. Quem  
 tanquam alterum Dauid Dominus inuenit se-  
 cundum cor suum, cui tutò committeret secretis-  
 sima atque sacratissima cordis sui arcana, atque  
 occulta sapientiae suae manifestaret. Non tantum  
 autem Ioseph, sed & Maria descendisse credenda  
 est de domo Dauid. Alioquin non esset desponsa-  
 ta viro de domo Dauid, si non esset & ipsa de do-  
 mo Dauid. Ambo igitur erant de domo Dauid,  
 sed in altera est completa veritas, quam iurauit  
 Dominus Dauid: Altero tantum conscio, & teste  
 adimpletae promissionis.

Genus S. Io-  
 seph.

Psal. 137.

Vide Caesar.  
 Baron in  
 Notat. Mar.  
 Roman.

19. Martii.  
 & Syria ve-  
 nit in Ita-  
 liam.

VITA B. IOHANNIS SYRI CONFES-  
 soris, ab Adone Episcopo scripta, in eius Mar-  
 tyrologio.

**A** pud Pennensè m urbem natale beati Io-  
 hannis, magnae sanctitatis viri, qui de Sy-  
 ria oriundus, peruenit ad Italiam. Cumque  
 quaereret locum habitationis suae, orationem fu-  
 dit ad Dominum; Te deprecor Domine, qui lu-  
 men es verum, si prosperum facis iter meum, hoc  
 mihi



mihî signum fiat: Vbicunque ambulauero, si Psalterium meum dederò, & eadem die mihî redditum fuerit, ibi sit permanſionis meæ locus. Factum eſt: Recepit eum hoſpitio matrona quædam, cui vir Dei Psalterium ſuum dedit, requiſiuit: eique mox à muliere redditur. Hoc itaque ſigno, ut ſtationem ſuam vir Dei ibi faceret, confirmatur, ac inde non longè plus minusve, quàm duarum ſagittarum progreſſus, habuit Angelum Dei obuium, qui ei dixit: Serue Dei, hic tibi permãſionis locus à Domino parabitur. Erat autem hyems, & erat vir Dei ſub arbore ſedens. Venatores verò, cum per locum tranſitum facerent, viderunt eum ſedentem, atque arborem illam iuxta illum folijs veſtitam. Requiringentem autem virum, quis eſſet, ob Domini ſeruitium ſe de Ultramarinis partibus veniſſe, morarique hic velle reſpondit. Nuntiantibus igitur illis, fama; vitam beati viri longius ſpargente, tanta frequentia populi vndeque illuc aduenit, ut monaſterio factò, congregatio magna ſeruorum Dei ſimul habitantium ibi fieret. Cui præfuit multis clarus virtutibus B. Iohannes quadraginta quatuor annos; & requieſcens in pace, deſcriptus eſt 14. Cal. Aprilis, in loco, ubi præſtantur beneficia Dei uſque in hodiernum diem.

Angelus Dei  
illi obuius  
ſic.

Plurimi ad  
eum accu-  
runt, & ſunt  
monachi.

VITA S. LANDOALDI S. ROMANÆ  
Eccleſiæ Archipreſbyteri: ex ea quam Nodgerus Ep-  
iſcopus Leodiſis fideliter conſcripſit. Claruit  
anno ſalutis 650. &c. ſub S. Martino, eius  
nominis I. Romano Pontifice.

Vide tom. 8.  
Anna. C. Ba-  
ron. & Ioan.  
Mola. in In-  
diculo SS.  
Belgij.

SANCTVS Landoaldus cum ob cõſummatæ  
ſeruditionis excellentiam, vitæque integerrimæ  
R r r mæ